

*In oppido Andalusiae Čabra, ubi fuit Igabrum (II 1610 cf. p. 703 vidit Huebner). — 1) Civitatem Romanam consecuti. — 2) A. 76.*

**1982** imp. Domitiano Caesari | Aug. Germanico | L. Munnius Quir. Novatus et L. Munnius Quir. Aurelianus | c. R. per h[ono]rem Ilvir.<sup>1</sup> consecuti | d. [s. p.] d. d.

*Alorae, ubi fuit Iluro provinciae Baeticae (II 1945 cf. p. 704 vidit Berlanga). — 1) Civitatem Romanam per honorem duoviratus.*

**1983** d. m. s. | L. Sallustius | Victor ci|vitate Roma|na consecutus est, p.<sup>1</sup> v. a. <sup>2</sup> | h. s. e. | L. Sallustius | Rogatianus | p.<sup>1</sup> v. a. XX, h. s. e. || d. m. s. | Caecilia | Festiva | qui<sup>3</sup> et Le|da; L. Sallus|ti Victoris | uxor, p.<sup>1</sup> | v. a. XLV, | h. s. e.

*In provincia Africa loco dicto Henchir Bu Atsfān (VIII S. 16919 vidit Schmidt). — 1) Pius, pia. — 2) Spatiū vacuū destinatū numero annōrum quos habiturus erat Victor. — 3) Scr. que.*

**1984** D. Otacilius Felix fecit sibi et | Otaciliae Hilarae collibertae, | D. Otacilio Hilario l., | D. Otacilio Eudoxo l., <in consilio | manumisso><sup>1</sup>, | Luriae Musae uxori, | ceteris libertis libertabusque meis | omnibus post- risque eorum, praeter | quos testamento meo praeteriero. | In front. p. XXX, in agr. p. XXV.

*Ostiae rep., est Romae (XIV 1457 vidi). — 1) Verba uncis () inclusa, litteris minoribus scripta, postea addita esse videntur. — Lege Aelia Sentia cautum erat, ut minor triginta annorum servus vindicta manumissus civis Romanus non fieret nisi apud consilium causa probata fuisse (Ulpian. fr. 1, 43 cf. Gaius inst. 1, 47). Civitatis ergo Romanae Eudoxi testificandae causa haec addita puto.*

**1985** dis manibus | L. Vafrio Epaphroditu | manumisso testament. | L. Vafri Tironis | centurionis leg. XXII | Primig.<sup>1</sup> X k. Apr. | imp. Domitiano Aug. XII cos.<sup>2</sup> | annorum XXX<sup>3</sup>, vix. ann. XXXI d. X, | Helius M. Clodi | Valentis | evocati Aug. ser., | fratri benemerent. | fecit.

*Romae (Gatti bull. com. 1886 p. 85). — 1) Legionem vicesimam secundam Primi- geniam eo tempore, quo hic titulus positus vel certe quo Tiro mortuus est, nondum dictam esse piam fidelem fortasse ex hoc titulo colligi potest. — 2) 23 Mart. 86. — 3) Ex lege Aelia Sentia servus minor triginta annorum testamento manumis- sus non fiebat civis Romanus (cf. ad N. 1984); ideo adscriptum, Epaphro- ditum annorum triginta fuisse eo die quo manumissus est; civem Romanum eum fuisse etiam heredum eius intererat.*